

Franckesche Stiftungen zu Halle

Primae Lineae Didactices Scholasticae In Vsum Praelectionvm Dvctae

Dommerich, Johann Christoph

VWolfenbvttelae, 1762

VD18 12875910

Caput IIII Praecipit De Discipulorum Moribus Bene Formandis

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and further information please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)



C A P V T I I I I

P R A E C I P I T

D E

D I S C I P V L O R V M M O R I B V S
B E N E F O R M A N D I S

S E C T I O I

D E

P O E N I S S C H O L A S T I C I S

§. CCLXXXIII.

Poenae scholasticae magnum fane in iustificatione momentum faciunt. Quin poenae interdum opus fit, vix quisquam dubitabit, qui depravatam adeo hominum naturam, pueritiae quoque, immo adolescentiae etiam et leuitatem et voluptatum aestum cogitauerit. Quod si in pubis scholasticae animis verus dei timor inesset, legumque diuinarum omnes essent cultores: tunc sane poenae scholasticae superfluae forent. Ut igitur, quantum potest, ab illis abstineat praceptor, suos ad veram, et non fucatam pietatem ducere in primis studeat. §. LXXXVII. Si qui tamen ipso dicto non fuerint audientes, in his poenis animaduertat.

tat. Videndum autem est hoc capite, quibus poenis, in quos, quando, et quomodo vtendum sit? De quibus rebus iam singulatim agendum erit.

§. CCLXXXIII.

Primum omnium, cum aut verbis puniri castigarique possint discipuli, aut multa pecunaria, aut ignominia aliqua, aut dolore corpori infligendo, aut carcere, aut denique opera aliqua iniungenda, praeter delictū grauitatem respici debet ad propensiones illius, qui puniendus est: hinc enim est, ut quod alias vix pro poena habeat, id alteri longe videatur grauissimum. Superbo, verbi caussa, ignominia erit molestissima, qui forte plagas aliquot non contumeliosas spartana nobilitate concoquet. Voluptati deditus securus erit de ignominia, modo cuti parcatur. Auarus carceris includi tenebris malet, quam numulum vnum pendere, et ita porro. Iniquum igitur interdum foret, eis, qui in eodem delicto versantur, eamdem infligere poenam.

§. CCLXXXV.

Quae verbis fit castigatio, vt omnium maxime indoli scholarum conuenit, ita prudenter



dentia est opus, ne in contumeliosa verba,
et conuicia definat, aut inanibus minis ri-
dicula fiat. Potius inesse in illa debet gra-
uus admissae culpae repraesentatio, ostendi-
que, ex quo illa fonte profluxerit: tum ira
dei indicanda, euentusque tristes, qui secu-
turi sint, si in ea permaneatur malitia. Tam-
dem hic quoque obseruandum, quibus quis-
que verbis maxime moueatur. Ita bonae
indolis adolescentibus plerumque nihil gra-
uus est, potentiusque eos mouet, quam si
metuant praceptoris animum ab se abalie-
nari. His igitur, si quando aliquid animad-
uersione dignum in se admiserint, pro satis
magna poena erit, si frigidius cum illis aga-
tur, etiam si nulla verborum acerbitas acceſſe-
rit.

§. CCLXXXVI.

Multae pecuniariae non quidem plane
sunt reiicienda, opera tamen danda, ne non
tam adolescentes illa ratione puniantur,
quam eorum parentes. Inaequalitas etiam
vitanda, cum quidam denario aequiori ani-
mo carere possint, quam obolo alii. Neque
etiam, quae malitia quadam animi perpetrata
sunt, pecunia ut luantur, tutum est: ne in
tentiam moribus perniciosa incident,
rem

rem paruam esse peccare, cum pecunia quē-
at redimi. Ea igitur tantum, quae per imprudentiam aut inaduertentiam peccata sunt,
vt cautiores fiant, aere luant discipuli.

§. CCLXXXVII.

Omnium cautissime adhibendae sunt poenae, quae sola ignominia constant, ne nimis frequententur. Aut enim frons omnis peribit iis, in quos saepius ita animaduersum fuerit, quo nihil est detestabilius, aut animum plane despondebunt, vt nihil amplius altum excelsumque cogitare, aut liberam vocem mittere audeant, qua ratione sibi aliisque redundunt inutiles. Non adhibendam igitur eam poenam arbitror, nisi apud eos, quorum superbia meretur deprimi, et turpe aliquod facinus, aut pudenda plane ignauia, castigari. Eo maiorem autem habebit efficiaciam, quo rarius adhibebitur.

§. CCLXXXVIII.

Idem fere de verberibus et plagiis sentientium. Anceps enim emendationis instrumentum sunt, et, si saepius frequententur, callus quasi quidam tergis pariter ac animis puerorum obducitur, vt seruili more, nequaquam facinus aut voluptatem nullam, tergi scilicet fiducia,



fiducia, refugiant. Raro igitur, et nisi vbi
grauitas delicti feueram animaduersione
desideret, ad verbera deueniendum, id quod
eo magis monere interest, quo plures sunt
Orbilii, qui peccata etiam leuissima, et er-
rores quosuis immisericordibus plagis expi-
andos putant, quin voluptatem etiam quam-
dam ex ea re haurire videntur.

§. CCLXXXVIII.

Carcere eos in primis puniri velim, qui
in flagranti delicto deprehenduntur, ut adeo
spatium considerandi foeditatem criminis sui
nanciscantur. Opera danda, ne, pluribus
simul in carcerem conclusis, locum potius ne-
quitiae faciamus, quam ut ea ratione illos
emendemus.

§. CCLXXXIX.

Quibusdam paedagogis visitatum est, deli-
cta puerorum ita punire, ut certum vocabu-
lorum numerum, aut sententiam aliquam
sacram vel profanam ediscere illos cogant,
quin sapiens consilium quidam se praece-
ptoribus dedisse putant, cum hoc illis suadent:
in quo tamen egregie falluntur. Siquidem
ineptum plane est, illud tamquam poenam
pueris iniungere, quod libenter eos facere
vells,

velis, et quod nisi libenter faciant, non adeo multum illis profuturum sit. Qui enim pos-
sunt non pro re mala habere, et non inuiti facere, quod sub ratione poenae facere adi-
guntur. Hac igitur puniendi ratione in to-
tum abstinebit prudens magister, et quiduis potius aget, ut cum voluptate discant pueri,
quam ut absurdia adeo poena a litterarum
studiis eos auertat.

§. CCLXXXI.

In quos animaduertendum fit, iam videa-
mus. Hic ex ipsa natura poenae statim ap-
paret, vbi culpa absit, neque poenam esse
debere. Male igitur ii punientur, qui natu-
rae imbecillitate ad hoc vel illud litterarum
genus inepti, nihil quidquam in eo efficere,
quantumlibet velint, possunt. Hos eo no-
mine punire velle, crudele ac inhumanum
foret. Neque vera delicta, nisi valde sint
enormia, si lateant, publice punienda sunt,
sed priuatim, qui peccauit, admonendus, et
iusto beneficio praceptor i deuinciendus est.
Nulli autem seuerius puniendi, quam qui ad
culpam admissam inficiandi peruvicaciam ad-
iunixerint. Immo ne tantum poena, sed et-
iam beneficiis ab ista mentiendi et negandi

omnia



omnia libidine retrahantur, venia promit-
tenda, indulgendaque illis, qui vltro pecca-
ta sua confiteantur. Ceterum diuersam ra-
tionem tenendam esse inter eos, qui impru-
dentia, eosque qui malitia peccant, inter eos,
qui decipi se passi sunt, atque inter auctores
flagitii, lenius illos, hos feuerius castigandos,
per se manifestum est.

§. CCLXXXII.

De tempore puniendi illud obseruandum,
ne in grauioribus delictis, quam diu adfectu
calent animi, tum eius eorumue, qui deli-
querunt, tum ipsius praceptoris, non facile
poenam esse infligendam, si quidem et qui
peccarunt, non satis eam sentient, animo
alias occupato, et praceptor ira facile potest
abripi, vt aut grauius, quam par est, puniat,
aut alioquin sine, quem praefixum habere
debent poenae, excidat. Spatium igitur
aliquod temporis intercedere patiamur inter
delictum et poenam, vt et peccati sui graui-
tatem perpendere secum possint rei, adeoque
poenae metu grauius, quam poena ipsa com-
moueantur, et praceptor animo ab ira re-
uocato tranquilius, i. e. maiori fructu poe-
nas expetat.

§. CCLXXXIII.

C. CCLXXXXIII.

Denique quomodo poenis vtendum sit, non multum ambiget, qui ex animo discipulos amauerit. Ita enim, etiam cum puniet, se geret, ut sentiant, non ira aut odio, aut quod voluptatem inde quandam percipiat, sed vero amore, et quasi moderata zelotypia ad puniendum accedere. Caebit igitur, ne insaniat, et furentis in modum debacchetur, quod iracundi foret, aut sarcasmis et cauillationibus inter puniendum vtatur, quod esset gaudentis delicto et poena: sed tristitiam potius p[ro]ae se feret, quae et inuitum castigare, et libenter desinere, arguat. Qui hac ratione emendari se non patiuntur, illorum desperata res est, et metus, ne numquam plane ad frugem redeant.

DECORO DISCH VECRVM

Bonis moribus pueros in scholis quoque im-
buendos esse, saepius iam dictum est. §.
LXXXVII Ipsis igitur futuris paedago-
gis decorum commendauimus, §. LXV ut



exemplo suo idem discipulos doceant. Communis enim et vulgaris illa est querela, quae saepius vana dici nequit, in ludis litterariis puerorum mores corrumphi, beneque moratos immodestos et inelegantes illinc descendere. Huic malo igitur ut medeatur, omnem dabit operam praceptor, siusque mature ad bene compositos mores effinget. Quo enim maturius puerorum mores poliuntur, eo fiunt elegantiores. Contra, si rusticis moribus semel imbuti fuerint, magna cum difficultate, quin omnino non, illos exuent.

§. CCLXXXV.

Vt autem, qua de re hoc loco sermo futurus sit, statim appareat, omnis decori vis in eo ponenda est, ut in sermone, gestu, vestitu, reliquisque rebus externis id sectentur discipuli, quod iis probatur, qui pro prudentioribus, politioribusque habentur, ea que sedulo evitent, quae rusticitatem, et ineptias redolent, taediumque et nauseam aliorum mouent. Summatim, ut aliis placere, suisque elegantias in aliorum animos se insinuare, discant. Impoliti enim et agrestes sociales esse non poterunt. Neque opus esse videtur, ut moneamus, non quosuis ridiculos adheritorum mores imitandos esse, cum eos saltim commendemus, qui in prudentioribus conspicuntur.

§. CCLXXXVI.



§. CCLXXXVI.

Prima quidem decori initia statim in recta educatione ponenda sunt, vixque praceptoris studium aliquid efficiet, nisi domi bene educati fuerint infantes. Quantum tamen in scholis fieri potest, munditiae primo loco ut studeant discipuli, praceptor dabit operam. Sordidati igitur ne scholam ingrediantur, cutisque et vestitus fordes si secum attulerint, quam hoc sit dishonestum atque agreste, illis ob oculos ponat, quam aliis molestum atque indecorum. Quantum vero munditie sua alii se commendent, quam sint amabiles, aliorum exemplo ostendat.

§. CCLXXXVII.

Tum ad elegantiam morum in gestu et habitu corporis pergit, ut eius quoque fiant obseruantissimi. Ne vacillent tibiis, ne sint gesticulofae manus, ne mordeant labra, scabunt caput, nec fodiant aures. Ne ambulando gressus imitentur histrionum. Nec cursim nimis ambulent, nec lente nimis. Gressus sit probabilis, in quo tranquillitatis vestigium: motus sit purus et simplex. Nihil furatum, nihil adfectum placeat. Motum natura informet: si quid autem in natura vietii est, emendet industria. Omnia eo tendant, ut sanitati corporis, morumque elegantiae satisfiat.

§. CCLXXXVIII.

Quod ad sermonis elegantiam, vultusque decorum habitum attinet, a nimia libertate

T 2

aeque



æque auocandi sunt pueri et adolescentes, atque a rustico pudore. Impudentia clamores intempestiuos, interpellationes aliorum, etiam superiorum, interrogations de rebus aut friuolis aut quas illos scire non attinet, risus effusos, aliqua eiusmodi vitia protrudit. Qui vero rustice verecundantur, vbi non decet, tacent vbi loqui debebant, aut submissa et trepida nimium voce vtuntur, subtersuunt oculos virorum cum dignitate viventium, cum in illorum conspectum et colloquium prodire res postulat, interdum nimium recusando honorem, quo a superiori adficiuntur, molesti sunt. Hi ad ingenuam quamdam libertatem reuocandi sunt, quorsum facit, si et humaniter saepius compellentur, et occasio, viros amplos et graues adeundi, illis suppeditetur. Illi seuerius paullo habendi, et quam odiosos se reddant honestis et graibus viris, admonendi.

§. CCLXXXVIII.

Generatim monendi sunt discipuli, vt diligenter ad illorum mores attendant, quos ab aliis magni fieri vident, eosque imitentur. Modestia in primis illis commendanda, et erga alios reverentia, quam et verbis et aliis signis quavis occasione testatam faciant. Reliqua vitae, prudentiae, elegantiae, morumque præcepta suis etiam non sentientibus instillabit prudens praceptor, et, ne male moratorium exempla alios inficiant, sedulo cauebit.



AP-